



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

CAPVT XII.

69

uerē sanctorū uere opera bona, in speciem imitantur
sine spiritu, ad quæ illi ducebantur spiritu. Illi per fidē
et charitatem, quēadmodū Abraham qui iubebatur
à deo. Nostri nulla necessitate aut utilitate proximi fa-
ciunt sectas perditionis, ut dicit Petrus. Alij dixerunt,
Cur non faceremus acceptum deo opus, quemadmodū
et Iepithe dux Israël, qui habebat spiritum dei facie-
bat, qui cōburebat uoto in holocaustum domino filiā
suā. Iudicum.ii. Hi sunt qui uolunt imitari sanctorū ^{Nostri} ^{opus}
errores, non uidentes uotum Iepithe non solum incaute
tum fuisse, sed etiam impium, qui et postea non doluit
se impie uouisse, sed incaute uouisse, ubi potius se quā
deum respexit, tamen conscientia urgente, quid deum
timuit, eodem errore compleuit quo uouerat, nō ad-
erat illic qui moneret ut errati et nominis domini in-
uanum assūpti ueniam postularet. Quæ hodie uota
iactant non sunt dissimilia, nisi q̄ in maiorem impietā-
tem exeunt et c. Immolantur et hic filij et filiae ut à
deo sint alieni, et in aliud confidant abiectione dei uer-
bo, tamen per hoc iudicantur deo proximi futuri, sed
unde sic iudicantur? ex humana opinione, somnio et
mendacio, nō ex dei uerbo, immo uerbum dei tales iu-
sticias damnat, quid enim non damnaret mendacium
ueritatis? et c.

CAPVT XIII.

E 3

Svprain fine capitinis dixerat, Quod præcipio tibi &c. ad quod respicit hoc totū caput, ne aliquid omnino admittamus quod uel uerbū dei nō habet, uel cū uerbo dei pugnat. Adeo uero uult nos perstare in solo uerbo, ut si etiam diuersa doctrina ediderit miracula non credamus. Habes hic textum unde internoscas inter falsa & uera miracula. Vera sunt si qui facit nihil aliud deprehenditur quā merum docere uerbū dei, falsa si contra uerbū iā dudum dei miraculis confirmatū, & si aliam præter uerbum dei uult docere doctrinā, per quæ tentat dominus fidem nostram, utrum ex animo stemus à uerbo eius. Fictis reuelationibus & signis Satanae mēdaciis apud nos hactenus plena fuerūt omnia, propter quæ secuti sumus ea quæ uerbum dei nō probat, imò etiam condemnat, quia non credimus ueritati sed mēdacio. Mendacium fuisse hodie tandem appareat. quæ huc pertinent vide. 2. Thess. 2. Seductores & seducti secundū legem occidebantur, Nos tales statim occidere gladio uerbi dei débemus & conuincere eorum errorem, & detegere impietatem, si fieri potest, si non, debemus eos excōmunicare & congregata ecclesia tradere Satanae, ut discant non blasphemare, quemadmodū Paulus facere solebat.

Sed statim interficies,
Id est, statim accusabis ad interficiendū ne hic priuato

CAPVT X^{IV}.

74

iudicio agas. Nam sequitur, Sit primum ergo.

Belial i. absq; iugo, hoc est imobediētes uerbo dei.

*Quare solicite. Hec lex docet nō temere iudi-
candū nisi cauſa diligenter cognita. Sic et dominus
descendit sēpe in Gen. ad uidendū et c. qui tamen oīa
nouit, ne etiā tu iudex subito proferas sententiā in re-
tibi solū cognita et c. Omnia iubet cōburi ut ne me-
moria quidē impietatis superfit, facile enim carnales
ad idolatriam cōmouentur monumentis impietatis.
Vide quae supra in fine ca. 7. diximus.*

Non ædificabitur.

*Lex est nō prophetia, sicut legis Iosue. 6. de Hiericho,
quae redædificata est. 3. Reg. 16.*

CAPVT X^{IV}.

Hoc caput à ritu et uictu gentium populū
dei secernit, et in fine rursum de decimis,
primogenitis et primitijs præscribit.

Primū dicit, Filij estis dei. Ita circa nō de-
betis gentiū superstitionibus cōtaminari. Gentilis aut̄
superstitione est quicquid quasi sacrū absq; dei uerbo fit.
Vnde Paulus ait, Ephe. 5. Estote imitatores dei sicut fi-
lij charissimi. Et 1. Tess. 4. Vult ne ducamur sicut gen-
tes quae ignorant deū. Deinde, Gentes Aegyptiæ lace-
rabant manus uel faciem, defunctis amicis, sicut ex de-
prophetis Baal dolētibus q; non exaudiretur, legis. 3.

E 4